



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 91. Hic Episcopus de Reformatorum Secta, studioque suspectus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](#)

**Sæcul. XVI.**, viunt, nam irritantur plerumque spe-  
**A.C. 1560.** „ctantium animi, & in confessio est, id  
 „in multorum animis excitasse studium  
 „cognoscendi de ea doctrina, quam in  
 „mediis flammis homines minime mali  
 „tam constanter profiterentur, eamque  
 „postremo ipsi susceperunt. Longe alia  
 „antiquorum Patrum ratio fuit; nam  
 „nec trecenti, & octodecim in Nicæna  
 „Synodo prima, sexcenti triginta in  
 „Chalcedonensi, centum quinquaginta  
 „in Constantinopolitana Episcopi aliis  
 „armis, quam Dei verbo usi sunt con-  
 „tra Arianos, Macedonianos, & Ne-  
 „storianos; nec Constantinus, Valen-  
 „tinianus, Theodosius, & Marcianus pii  
 „maxime Principes, quidquam gravius  
 „in Sectarios, quam exilium statuerunt.  
 „Itaque a suppliciis, ac poenis tempe-  
 „randum videtur, si vero necessitas fe-  
 „rat, ut Magistratu opus sit, id saltem  
 „observandum in sumendis suppliciis, ut  
 „loci, temporis, personarum, volunta-  
 „tum, & qua de causa cœtus coactus  
 „sit, ratio habeatur.,,

## §. XCI.

*Hic Episcopus de Reformatorum sedâ,  
 studioque suspectus.*

**Addit. ann.** *Mem. de  
 Brantome  
 elog. du*

**H**ac oratione Episcopus Valentinus,  
 quod Reformatorum hæresi propen-  
 sus esset, haud temerariam suspicandi  
 ansam

ansam præbebat, Referunt nonnulli, Sæcul. XVI.  
A.C. 1560.  
 quod is solemni, ac perpetua votorum  
 sponsione sese Deo in Ordine S. Domi-  
 nici obstrinxerit, eum vero ab hac Re-  
 ligione fuisse solutum, minime constet, Marq. de  
Montluc.  
L. 2. c. 5.  
 nisi forte id postulante Margarita Na- San Marth.  
elog. Dadi.  
Gall. L. 3.  
 varræ Regina, quæ hunc Virum Regi  
 Fratri suo commendabat, factum fue-  
 rit: Insuper addunt illi, quod postea  
 Anno Christi millesimo quingentesimo  
 quinquagesimo quarto ad Episcopatum  
 nominatus, nunquam pro more conse-  
 crationem recipere veluerit. Ceterum  
 Vir erat ingenio acer, eloquens, ac do-  
 ctus, necnon in rebus discernendis ju-  
 dicii maturitate, atque in consiliis suis  
 feliciter exequendis prudenti dexteritate  
 prædictus, qui suam hæresin regnante  
 Franciso I. & Henrico II. scite dissimu-  
 labat, postmodum vero variæ tempo-  
 rum vicissitudini inserviens quandoque  
 in suis sermonibus Catholicorum, quan-  
 doque Calvinistarum dogmata divulga-  
 bat, prout Franciæ aulam huic, vel  
 illi Religioni propensam fore credebat,  
 præcipue ubi Catharinam Reginam in-  
 ter utramque adhuc fluctuare intel-  
 ligebat.

### §. XCII.

*Viennenſis Archiepiscopi declamatio  
in iisdem comitiis habita.*

*Hist. Eccles. Tom. XI. III. D d Fini-*